



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Dolus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

mine, aut alio requisito, validus est, potest
que talis licet vti.

*Vide Panor. in c. *Constitutus il secundo de appell. nu. 4. & c. nullus il secundo 24. d.*

4 Docturus scripturā Regularis extra Claustrum, prius est per ordinarium approbadus.
Ex Conc. Trid. sess. 5. c. 1. de refor.

5 Pro licentia docendi non potest aliquid
exigi. *Vide c. 1. 2. & 3. de Magistris.*

*Cap. *Quoniam c. Prohibeas, c. Quanto, de Magistris.*

6 Et Presbyter, & Beneficiatus, possunt do-
ctorari in Iure civili.

*Non poterant tamen. *Illud audire ca. Super specula, ne cler. vel mona.*

7 Doctorare, seu gradum Doctoratus dare,
posse Episcopum de Iure communi, quidam
aiunt, alij negant; quod ego magis probo.

8 Ordo dignitatis Doctorum, iste est. Theo-
logus, Canonista, Legista, Medicus.

*Fun. l.c. 3. Syl. l. c. 2. Panor. in cap. *Clericis de iud.*

Dolus, vide Culpa.

1. **D**olus est cum voluntate nocendi, scili-
cet, machinatio fallax.

* De Dolo, culpa iuridica, casu fortuito
Mol. d. 293. De dolo in emptione, & venditio-
ne idem d. 352. Syl. vers. culpa.

2. Lata culpa in conscientia non habetur

G 5 pro.

pro dolo. *Syl.l.c.2.

3 Dolo procurans delictum, non potest tenere prouenientia sibi ex illo per aliquid statutum.

Addit. 3 Dolus, & fraus nemini debet patrocinari, c. Sedes, de rescript. Syl. Eccles. 1. nu. 6.

Dolus dans causam contractui reddit illi ipso iure nullum, & decipiens tenetur ad damnacionem cessantis, & damni emergentis ex dolo profecta. Mol. d. 352. ex contra. & commun.

*Domicilium, vide Confessor,
Parochus.*

1. **D**omicilium alicuius est, ubi familia eius vel habitatio cum intentione manendi. Clerici autem, ubi residentia. Quod si duobus beneficiis æqualiter residet, utrumque habet domicilium.

*Vide Syl. *domicilium. 1.*

2 Qui æqualiter, aut ferè æqualiter in duabus locis habitat, in utroque habet domicilium.

*Vide Nau. l. 4. consil. 7. de cland. deffons.

3 Domicilium sibi quisque potest eligere post pubertatem.

4 Scholastici, etsi non habent domicilium in loco studij, tamen possunt ab illo Episcopo absoluiri, & dispensari, ut subditi, non autem ordinari.

Dominium,